



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Chinas adire optat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

rationum machinis oppugnatam, constanter retinendam censuissent, quando tantos ex eâ fructus existere sentiatur.

*Chinas ad-  
ire optat.*

Multus erat in memorandis missionibus nostrorum ad Japonem & Chinas; earumque postremam expetere ipse se ostendebat, ac si quæ inde de religione noua adferebantur, primus sodalibus indicare, ad eorum consolationem, festinabat. Tyrocinijs tempore, etsi perpetuis officio sui occupationibus impeditiſſimus, linguam tamen Gallicam (cuius antè ignarissimus fuerat) ita didicit diligenter, ut in triclinio sæpius Gallicè sit concionatus. Quam linguam didicisse se narrabat, ut

*Vt pluribus  
ad salutem  
proſit, Gal-  
licam lin-  
guam discit.*

obeundis Societatis muneribus magis esset idoneus, & ne vel vnius animæ damno esset imperitia illius linguæ, quæ adeò familiaris est Flandriæ vniuersæ. Semel tantâ animi

*Contentio  
in concio-  
nando.*

contentione ardoreque de B. Aloysij laudibus è suggestu dixit, ut vereretur Superior, ne valetudinem dicendi impetu debilitaret. Ru-

*Catechismi  
explicandi  
gratia sin-  
gularis.*

sticis Catechismum eâ gratiâ explicabat, adeoque suauiter ab agresti vitâ ad humanitatis religionisque cultum reducebat, ut illum mallent quàm Concionatorem audire: cumque aliquando agrestium filios docuisset preces Rosario adnumerare, & id genus coronulas pauculas inter vernulas rusticos distribuisset, post horas aliquot domum reuerſus,